

Arator. Irradiat fulgore locum, quibus igne magistro Imbutis ora calor, distiſſae fluentibus exit. Si lingua & ignita veniunt de caelo, improprio sane collocantur throno. Lingua situs in ore, non super caput: linguaeque sacrae ignita super caput singulorum veniunt e caelo; quoniam nonnunquam super lingua caelestis, etsi occurrat imperio quod caput orbis. Si lingua in ora venirent, linguis quaeque capita impetarent: & super capita lucida linguae descendunt; ut non ascendant qui super auctoritate esse volunt: igitur linguae Doctorum de caelo caelestes, esse debent in Ecclesia capitibus superiores. Quia caput, non liberat Mauritius Imperator ab obedientia: super est caelestis Gregorij lingua. Resistit potestatem habenti, dignitatis potestate: igitur quando Apostolica sedes habuerit faulta Gregorij; potestas imperatoria nunquam exaltabit caput. Ad unguem quadrat Epaminonda praconiam. Manifestum (ait Iustina. lib. 6. historiar.) patriam gloriam & natam & extinctam cum eo fuisse. Fuit autem incertum, vir melior, an dux esset: nam & imperium non sibi, sed patriam quaesivit; quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt: honoreque ita gessit; ut ornamentum non acciperet, sed dare ipsi dignitati videretur. Iam literarum studium, iam philosophiae doctrina tanta: ut mirabile videretur, unde tam insignis militiae scientia homini inter literas nato.

Eius lingua ignita, caelestis.

Iustina.

Ecc. 44. 3.

Qualis eius virtus & prudentia?

18 Ex illis Gregorius, quibus multam gloriam dedit Dominus magnificentia sua a saeculo: Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute & prudentia sua praediti. Potestatem habet, & dominabitur, quando lingua eius, ut fulgeat super caput constituitur. Hinc homo virtute magnus, ac prudentia praeditus: prudentia, ut ratione duceretur in potestate secularis potestas: virtute, ne auctoritate, Pontificis evanesceret auctoritas; siquidem in obicem habebat caelestis lingua & splendorem & ignem: dominans in potestate sua; pertingens solum, ne inferioris superius esset dominium: quandoquidem in dominatione nulla dominatio potestatis, ni lingua ignita potestas super potestatem capitibus Imperatoris. Hinc Pontificis dexteritas tam militis quam Doctoris in divino iure: Caesar constat ex utroque. Ab illo dignitas auctoritatem accipiebat, non illi dignitas dabat, assumpto in munera invire ac collocato in solio. Sicine digne admiratio, unde tam insignis militiae scientia homini inter literas genito. Imperatori stupor, in potestate dominantis auctoritas;

quippe nesciebat pennae Gregorij quod gladius esset proprietatis. Iustitia suscitans calumniam, atque iugulans invidiam, in Egyptiorum hieragrammate cum calamo picta & ense. Ad Chartar. in Fortun. fol. 310. Simulacrum iustitiae est imago Gregorij: calumniam iugulans, atque potestatem frenans, penna videtur, cum eius scriptis Mauritius iugulabatur: etenim despicientem Gregorij scripta quasi feceris penna, valide & usque ad iugulum percussit in ore gladij. Exercuit Cherub, Ecclesiae paradisi custodiens, summa intelligentiae officium, simul habens flammam gladium: flammam, ut illuminaret scriptis: gladium, potestate auctoritatis: igitur qui avertabatur luci, cadebat ense. In illum cum Principe irruerat imperium: Pontifex portabat in manibus ignem & gladium; quippequam si splendor ab igne, & gladius a scriptorum splendore (cum illo ni esset doctus) ignis rutilavit gladius pugnans igitur imperatorem, & haereses, tanquam cum gladio iugulavit scriptis.

19 In his videmus, quod vidit Zacharias, instans in restaurationem Ecclesiae, diruta Imperatorum Atyriorum tyrannide. Ecce volumen volans. Volatu indicatur scriptorum acceptio, & scriptoris fama quippe usque ad caelum elevantis & celebrantur scripta. Septuag. & Graec. Falsem volantem. Hebr. Securim. Quid volumine ad arma, cum haecur facient, atque volumina illaminent? Etsi etiam voluminum Gregorij, quae comburere sollicitabant haeretici, ducta a fama per orbem, & scripta in Ecclesia maximam utilitatem: & quae volumina scripta, dicuntur falces ac securus arma; quippe libris & libris quos uti Doctor scripsit, dogmata haereticorum falce valida percussit. Posuit illum Deus quasi sagittam electam. Alij Calamum. Ex scriptis Gregorij patet quam commodum: igitur quicquid calamo scriptum, in haereticos mitebatur tanquam iaculum. Ex Hispania eiecit Arianos, ex Gallia Neophitos, Agnoitas (sive nescientes) ab Aegypto eliminavit, & Donatistas in Africa armis repraesentavit. Armis? Utique libris: siquidem voluminibus exerens pennam, in corda inimicorum caelestis Regis vibrabat acrem sagittam. Sublimium & excellentium colla calcavit, & ita secuitur patet scriptis, Ictibus immobilis valida percussa securis.

Ut sal audaces praecrimonia conpescuit; ut lux praecopia haereticos excaecavit; ut fontem fluvij fit, & exigua luce Sol, quo constat Ecclesia ab illo dignata, ac praerelata merita nihil Gregorio melius, neque maius, neque doctius,

Imago iustitiae.

Iugulavit haereses.

Zach. 5. 4.

Eius scripta Ecclesiae arma.

Isai. 49. 22

Pamphil. Saxe

Medi.

Virg. 6. Encid. v. 67. Medium nam plurima turba Hunc habet, atque humeris exstantem suspicit altis. Discite felices anima.

DIDASCALIA III.

Virgo Theresia volando quievit.

1 Nescio, an hoc intuitu, cor eius post mortem non careat motu: igitur etsi vita privetur, vivit amor. Est vita super vitam, per amoris flammam: & in morte per amorem vivit cor; quippe habet motum a se.

Virtus vel in mortuis luget. Nunquam reliquias aufert tempus. Quod non aufert tempus, immutat modus: igitur in morte & vita ita variat, & eandem operationem transformat; ut in vita, quae volando quievit, in morte quiescendo vollet. Est somnus sine somno, animo vigilante, & etiam mors sine morte. Theresia dormit ut quiescat, & quiescendo amore vigilat; igitur in morte tanquam modo

Corporis somnus erat. Cum cor (ut eluceat virtus, & constet animus) etiam post mortem vigilet, quippe quam dormire nescit. Hinc mors somnus dicitur, non mors; ut virtutis vitalis coruscet lux: etenim corpore mortuo dormientis, vita patet motu cordis. De amore dicit Voragine (serm. 4. in Apostol. Simon. & Iuda) tria insignia, quibus claruit maxime Theresia. Habet (inquit) Charitas & zelum & mortem & alas. Fortis est ut mors dilectio, vorax sicut ignis amulatio: lampades eius lampades ignis atque flammarum. Sir. Aie eius ale ignis, atque flammarum. Septuagint. Volantia iacula: ignita sagitta. Hebr. Seraphim, seraphim. Vid. Maluend. in Deuter. 32. 24. Quadrant cuncta: igitur dum volantia in caelum ignea mittit iacula Seraphica ardens Theresia; volat in sublime, vivit flamma zeli & spirat amore. Luget & ardet cordis incendium: lampades eius lampades ignis atque flammarum: iaculo caelesti in pectore excitante superiorem ignem; ut quae erat humana converteretur in Seraphim. De zelo & morte Theresia, diximus prior. Tomis: modò agendum de volatu cordis; ut tota sit plena charitatis effigies.

2 De Virgine-Matre ait Suarius in 3. p. D. Thom. q. 28. disp. 6. art. 1. 2. 2. ad Tom. VI.

Theresia imago.

infantia mota est a Spiritu Sancto, ut quod melius & gratius Deo esset, id amaret, & quantum in ipsa est, perficeret. Vid. Theophil. Raynaud. in Diptych. Marian. p. 2. punct. 3. Adducitur Regi insignis virgo post eam. Honor sponae erat ex sponso honore, qui zelo Theresiae creditur, dum cor ignea sagitta transigitur: unde eo consiliente, maxime arduum votum emisit, efficiendi semper quicquid perfectius esse intelligeret. Antequam votum; expendendum est, quam arduum; non tam in entitate, ac entitatis perfectione, superiore auxilijs communis gratiae; quam in conditione & tempore. Cogitationes enim mortalium timida, & incerta providentiae nostrae. Quis enim hominum poterit scire consilium Dei, aut quis poterit cogitare quid vellet? Unde ut sit rationale obsequium, investigandum, quo sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfectior? Ratio (ait Bernard. serm. 11. in Cantil. n. 5. & 6.) in iudicijs fallitur; voluntas perturbatione iactatur, memoria oblivione confunditur: etenim inest rationi error, voluntati dolor, memorie timor. Quid, & quomodo perficiendum ab anima; ut possit actione dicere: Fiat voluntas tua? Respondetur pro Theresia, Deo consiliente, qui illi dedit horum sponse scientiam veram in ambigua; quippe scientia Sanctorum prudentia. Theresia scit illa omnia & intelligit. Scit quoad perfectionem, intelligit quoad practicum; ut perficiat per tempus & modum, quid acceptum & magis acceptum: ita ut absolute non perfectius, sit maioris perfectionis, iuxta conditionem temporis. Quia huiusmodi gnome necessaria in regimen spirituale; altuenda testimonij Scripturae.

3 Videtur Dominus inter Seraphim, senis ornatus in volatum alis; quoniam nonnunquam volandum in cacumen perfectionis. Haec est vita religiosa; Seraphica nempe vita. In throno ergo, Dominum laudantium choro stabant & volabant. Specimen instituit, atque vita Religiosi, etenim in caelum volatus fit, in choro dummodò stet. Stabant. Campen. Quiescebant & volabant. Perfectio exprimitur volatu: & spiritus demonstratur perfectio, ubi requies volatus, stare in choro. Alia latent. Quiescebant & volabant. Sine exercitio est instituti exercitium, atque chorus extra chorum; igitur minimè virtutis corruptum formam, si requies per obedientiam, Stabant & volabant: igitur obedientia virtute; voluntas est sic stare. Clamavit miser, necessitate pressus; ac ex choro Seraphim volavit

Sap. 9. 14. Rom. 12. 3. Bernard. Matth. 6. 10.

Sap. 9. 11. Eius executionis difficultas vel impossibilitas.

Isai. 6. 2. Sive Monachi proprii vita?

Commoda meritoria, si ab obedientia.

Non unus.

tinus. E choro? Uique. Ut constet usus Numi-
ni acceptus, vel in recessu à choro designatur
volatus: igitur egredi indicat perfectionem,
modò propter occurrentem aliquam neces-
sitatem. Perfectus videbatur in choro adesi-
tate. Quam extra chorum volare, cum in
corpore abusus exitus exprimat frigidita-
tem spiritus: etenim qui ad chorum gra-
viter ambulat, extra chorum saepe volat:
Seraphique amore flagrans relinquit chorum;
quia Numini magis gratum, extra chorum
subvenire clamanti, quam ad Dei laudes
adesse. Quid post actum? Professionis in-
stitutum, ut perfectius exerceret ex bono
bonum: igitur si necessitate urgente, per-
fectus, levare volatu oppressum; neces-
sitate remota, perfectus, volare in chorum.
Vernacule: *Primor es de la virtud, si vo-
lando à socorrer una necesidad: pero des-
pues, es primor, en un vuelo volovse al
choro.* Egeno sublevato, nequaquam man-
sit cum illo. Utramque perfectio respecti-
va, quod pro tempore decrevit meditato
prudencia; ut hic & nunc animus perfectio-
nis studiosus, eligeret quod perfectus: equi-
dem si tunc perfectus propter proximi cla-
morem chorum volando relinquere; modò
in actione perfectus, in chorum volatu re-
gredi. Dum in alia officium vocat, & tunc
maiora perfectus non est presentia. Tunc
est perfectior volatus, quia introitus, dum
fit exitus: quandoquidem perfectus adim-
plet chorum, si expleverit ministerium. Ideo
stabant & volabant. Stant? Quomodò si
volant? Pro tempore & occasione indicant
perfectiora in ipsa contrarietate: siqui-
dem maiorem amplius exercebant virtu-
tem, volantes ut muneris implerent obli-
gationem.

4 In visione Ezechielis in qua simi-
litudo gloriæ Domini, exprimitur etiam
huius decretum prudentia. *Euntes ibant,*
*Ezech. 1. ubi erat impetus Spiritus: Idem, non re-
vertentur, etiam ambularent: dicitur de
Cherubinis. Quid est Eundo ire? Rectè pro-
cedere: diximus latè Tom. præced. T. 2. à n.
29. Haud facile percipitur, in propositum
ire, & simul reverti retrò; quippequam de-
viat intentio à proposito, contradictionem
enim sonat, reverti & ire: regredi & ulte-
rius ambulare. Est respectus in operationi-
bus; ut iuxta prudentiam anima profequatur
quod perfectus. Est perfectum, ire de
virtute in virtutem, cundo: est perfectum
ire etiam in virtutem retrocedendo; quippe
aliud propriæ virtutis, aliud virtutis regimi-
nis. Virtus est anima, perfectionem pro-
sequi; ac perfectio virtutis, non reverti. Ubi*

Quando re-
spective mi-
nus perfe-
ctia sunt
opera per-
fectiora?

Quomodò
perfectus
perfectior
dum?

Ezech. 1.
12. 17.

Theresia
ibat rever-
tens, &
revertiba-
tur ieni.

animarum regimen, ut sequatur perfectus:
reverti profectò est virtus: Cherubimque
cum revertuntur, rectè in perfectionem pro-
cedunt; quoniam reverti, non est deviare
ab itinere, ut constet cunctis, an rectè
procedant rectè. Nonnullis videtur impossi-
bile, alios ducere, & simul virtutem sequi;
quasi adimplere officium, non esset Numi-
ni obsequium; nec in perfectionem pe-
dem moverent, ni euntes velociter irent
ireque signatur cundo, ut virtutis iter desi-
gnetur regressu: igitur & Cherubim ire per-
gunt, atque simul revertuntur. Anima se-
quendo propria in virtutem exercitia; cun-
do it, & velociter ambulat: revertendo in iter
subditorum; it, quin eât: semperque pro-
cedit in ulteriora, sua sequens & rectorum
exercitia: siquidem Deum non quareret ite-
rene cogitata perfectionis; ni simul rever-
teretur, an quareretur à subditis. Non sat
Superiori, ut rectè procedat; procedere re-
ctè. Est perfectus, gradi, cundo vel retro-
cedendo, ubi vocat spiritus; sed nescitur
quando utramque duobus perfectus. Dicitur
superius prudentia; igitur eius perfectio-
nis summa, cognosceret, quando congruit ire
in perfectus eundo; & quando oportet, pro-
cedere revertendo.

5 Habuit Theresia; ut quæ amore
Seraphica, esset cognoscitio Cherubica. Cher-
ub dicitur scientiarum plenitudo, expressa
figuris in templo & in Tabernaculo. Hic di-
citur: *Respiciant se mutuo, versis vultibus
in propitiatorium.* ibi: *Facies eorum erant
versa in exteriorum domum:* hoc est, in
atrium. Aptè profum; ut pro tempore
iuxta votum, indicetur Theresiam sequi quod
magis perfectum. In propitiatorio loque-
batur Deus: in exteriori domo eius eluce-
bat cultus. Perfectum sanè cum Deo esse:
perfectum, subditos illum colentes respice-
re. Ubi est impetus spiritus, convertendus
est vultus, ut sequatur quod perfectus.
Quid perfectus sit vel quando; dubitat ani-
ma; & sine dubio lucet Theresia prudentia,
expressa vivide in Cherubim forma; versis
aliquando vultibus in propitiatorium; &
aliquando in exteriori aureum templum: igitur
si in propitiatorio Deus loquitur & vi-
detur, in exteriori domo ab hominibus co-
luntur; perfectus aliquando propter aliorum
virtutem, loquentis Dei derelinquere dul-
cedinem. Quanta sollicitudo Theresie in
Sponsum & filias! Instat Cherub habet alas.
In propitiatorium respicit, & Sponsum Spon-
sa dulciter audit; sed vultum etiam in fi-
lias vigilat convertit, factas Dei templum, per
eius reformationis institutum: etenim dum

Qualis de-
beat esse
Perfectus
sollicitudo?

Exod. 25.
20.
2. Paral. 3.
13.

Quomodò
in Theresia
in Deum
elevatis,
etiam filias
respiciendo?

colentes Nomen amant; respicit, an Deum
respiciant. Non amittitur perfectio, conver-
so vultu: igitur dum respicit exterius Numi-
nis templum, respicit etiam in propitia-
torium. Cum entio ibat, cum stantibus
stibat: & ut Deus, quem colebant, quære-
retur: cum elevatis à terra, pariter eleva-
batur. Aliquando relinquebat visionem Des-
tatis, ut sic consuleret cæteris. Hispan. *Dexa
de mirar à Dios, por mirar por los demas:*
sed tunc consulebat sibi, Deum respicien-
do, in filias converso vultu; an irent, an
starent, an per amorem alatum, elevarentur
in cælum.

6 Non salvatur Rex per multam virtu-
tem, sed per regimen: igitur si populus, quia
sine regimine perit, Rector propria virtute
peribit:

Nam res est publica Cesar.
Vide latè Tom. 3. T. 1. D. 4. *Placet* (ait Se-
nec. de Tranquill. anim. cap. 1.) *vim præ-
ceptorum sequi: placet honores fastesque non
purpurâ aut aureis virgibus adductum ex-
pessere; sed ut amicis propinquisque &
omnibus civibus, omnibus deinde mortali-
bus parator utiliorque sem propius possi-
tus.* Quid quod Sol, si sibi dantaxat lux?
Si sibi sumeret, minime elevaretur, ut præ-
fset. Aliter, ut canit Mantuan. *Ecol. 10.
v. 70.*

*Fons ille fluens Carmeli è rupibus altis,
Signa dedit, nihil omisit.*
Igitur in proximorum intendere regimen, est
regentis proculdubio intendere perfectio-
nem. Accessit ad Iesum quidam legis doctor,
pileò tenuis, interrogans: *Quod est mandatum
magnum in lege?* Tunc cælestis Præceptor:
Diligere Deum: *Hoc est maximum & pri-
mum mandatum: secundum autem simile
est huic: Diliges proximum tuum.* Domine,
non interrogat de secundo, sed de primo.
Cur ergo secundum de proximi amore con-
notas? Ut fulgeat in corde charitas, maxime
in regimine, his qui obnoxij obligationi. Si-
bi qui publicè debent vivere, vivere iussè
arbitratur, modò diligant Deum; sibi in
perfectionem virtutibus studentes, obli-
torum regiminis, & abdicentes respicere
versus templum, modò respiciant in pro-
pitiatorium: & cum de Dei amore Christus
loquatur, respectus proximi iungitur; quippe
in huiusmodi amore modò proximi non
fit, amor erit, si inest amor; verum non est
amor Dei. Cæteros respicere congruit, si se
respicit: aliter in amore qui videtur; non est,
sed videtur amor. Ubi in amorem procedit,
ab amore magis cadit; quippe institutum
regiminis, tantum consuleret cæteris: & ut

Sine atten-
tione in sub-
ditos, ad
Deum ne-
quit esse re-
spectus.

fit amor in pectore, iungitur dilectio pro-
ximi; siquidem ni amore respiciat proximi-
um, quantumvis amare dicat, nequit res-
picere Deum. Lex dilectionis observatur;
sed ministerium dilectionis non impletur: igitur
qui observat amorem, debet adimplere
legem. Lex duplicem habet respectum: amo-
rem scilicet in Deum & proximum. Primum
maximum, sed secundum nequaquam obli-
viscendum: etenim nec Deus amatur, si pro-
ximus non respicitur. Canit Prosper. Aquitan.
Epigram. 7.

*Unde istis geminis virtutum qui caret olis, S. Prosp.
Cælorum ad regnum non habet, unde
volet.*

7 Hinc dicitur: *Ille autem volens iusti-
ficare seipsum; dixit: Et quis est meus pro-
ximus?* Ut fiat iustificatio, proximi intro-
ducitur dilectio: & iurè, in regiminis one-
rè, quo iustificatur cæteri; quoniam iustifica-
tionis ministerium, nequaquam est iustifi-
care seipsum: amorem in subditos iungitur
ut Superior in amore iustificetur: quando-
quidem procul illo, in ipsomet Deitatis
amore sine amore Dei non possunt iustifica-
ri. Ille solus intendebat in sui iustificatio-
nem, cum talis amor nullam haberet virtu-
tem; ni respiceret alios, de quibus pro mu-
nere debebat esse sollicitus. Unde cum sui ad
se procedat iustificatio, si plena etiam ad
alios dilectio; amor aliorum coniungitur
ut Dei amore ipse iustificetur. En dilectio-
nis forma, Theresia arena, ut semper se-
queretur perfectus post perfectionem; Spon-
so in illa ordinante charitatem. In Deum est
charitas: etiam charitas in filias. Votum,
nonnunquam perfectus sequit, ut ex regimi-
ne possit iustificari: & modò hoc, modò
illud exequitur, quia perfectus operatur (arte
ac charitate mirifica perfecta tantum, trans-
formans in perfectiora) igitur si perfectus
absolute, in Sponsum elevari; aliquando
perfectiore perfectus, filias respicere. Se re-
spicere, respiciendo Deum, est in ordine ad
se: filias respicere est sui, ut regimen sit in
ordine, sed semper perfectiore modo; quia
Dei queritur dilectio, in præceptis primum
& maximum, estò ingredientur secundum:
unde cum in maximum incubat, dum mi-
nus connotat; nonnunquam perfectus se-
quitur charitatis perfectione, etiam dum fa-
cit utrunque.

*Theresia
amoris sum-
mitas.*

*Felices anima, quibus hac cognoscere pri-
mum:*

Altius humanis exeruisse caput.

8 Otenfus modus ordinationis charita-
tis Theresie, modo verò & votum & finis
voti. *Sapientis* (inquit Senec. de Constant. Sa-
pient.

Luc. 10. 29.

Theresia
amoris sum-
mitas.

Ovid. 1.
Pastor. 2.
v. 297.

Senecæ
Nn 2
piens.

piens. cap. 8.) pergit in excessa: sed Theresia in excellentiora; ut vota excedant ultra sapientiam ab homine cogitata. Qua supra nos sunt (ait Ambros. 1. de Virgin.) in voto magis sunt, quam in ministerio; excedit in Theresia vis amoris, qui ducitur alis: igitur quod supra nos uti votum, fecit flammę ministerium. Uteriusque epigraphę symboli Caroli V. uti notat Claud. Minos in Emblem. 45. Aiciat. Uterius virtus? Virtus Theresię, si ulterius.

Ambros.

Illa semper tenet ultra vias.

Aiciat.

Progreditur semper;

Et adepta perfectione: iustificatur amplius, quippe melior, si perfectius. Volat, quia Sponsum desiderat, & semper volat; siquidem ex corde dilecto propior, quandiu ulterius volet amor. In columba figuratur Theresia; quia in specie columbę in cęelum ascendit anima. Videamus in voto votum. Quis dabit mihi pennas sicut columbę, & volabo & requiescam. Optat David. Quod hic optavit, Theresia prę amore sumptit, & non desicit. Quomodo requiescet volatu si motus in exercitio? Si intendit ę terra fugam; dicat: Ut post volatum, requiescam: sed requies & volatus? Uti que in amore, qui procedit ulterius. Requies est amoris finis, volatus continuatio mira amoris. De amore Theresia gaudet. Verum in motu requiescit, ne quiescat eximio amore, cui non est requies in requie. Amoris requies, ut quies, dicit suspensionem motus: summi veró conditio, in ulteriora progressus. Unde ut splendeat in amore perfectio; quiescat amor Theresię, sed volando: etenim cum finis amoris tantum amare; sine motu in ulteriora renuit finem in amore.

Psal. 54. 7.

Rom. 4. 18.

1. Cor. 9. 24

In amore duntaxat quarit amorem.

spem repellit gaudium; siquidem volatu intendens amoris felicitatem, in amore duntaxat quarit amorem. Uterius. Volare in dilectum, est amara: quiescere in motu volatus, est flamma amoris vehementis. Quies dicit pręmium volatus: cum spe acer dilectionis motus; & contra spem spes in Theresia amore habitat, ut volando tantum, in dilectione quiescat: igitur inquirendo in amoris pręmio gaudium; nequaquam amorem sollicitaret, sed pręmium. Ubi comprehensio, non cursus; quippe in quiete non fit motus. In spe motus cum sit, in motu quies, erit spes contra spem; atque excessus dilectionis prodigium: Theresię corde flammę vehementis comprobante excessum; igitur si anima amoris lectu volat, ut quiesce Sponsum comprehendat; Theresia postquam comprehendit, vulnerata ad illum volat. Ratio subest. Amor in motu dilectum sequitur, in quiete consequitur. Volando, meretur; quiescendo fruitur: volare, dilecti obsequium: quiescere, diligentis est gaudium; Theresięque inter gaudium & obsequium, amoris sollicitat cęlitudinem; quippe amorem intendit propter amorem.

10. Tantum in te recordemur nominis tui; dicit Propheta Evangelicus. Hebraismus est: q. d. Tantum in te recordemur tui, Quid in illo preter illum, ut Dei tantum in illo exciteret desiderium? Est discrimen amoris, & amoris flagrantis. Amor in dilectum tendit aciem, sed propter retributionem. Amor flagrans propter excessus obsequium, non habet retributionis intuitum. Primum est Deum diligere ratione commodi: secundum, diligere amorem tantum dilecti: & in Domino, Domini tantum datur ad amorem recordatio; quippe gloria excessus amoris fit, dum amor tantum dirigitur ad maiorem gloriam Dei.

Premia nulla peto, niste. Non in Deo queretur Deus; si amoris in pręmia motus; & dum Dei optantur munera, Dei duntaxat sit memoria; quoniam in amore flagranti verum incendium, Deum dilectione diligere propter ipsum. Canit in rem idem Ethnicus, Epist. 16. a v. 69. Usque ea non sperno, sic acceptissima semper

Munera sunt, auctor qua pretiosa facit.

Munera tanta quidem promittit in athera daver;

Sed ego te potius, quam tua dona sequar.

Si propter pręmia; est Dei recordari & sui. Communis utique amor. Si propter ipsum, sine intuitu sui, incendij flammarum fervore;

Isai. 26. 13.

Et dei gloriam vel in gloria.

Ovid. 8. Metam. lib. 1.

Idem.

&

& in memoria munerum, auctoris tantum memoria; quoniam auctor diligendus, & non munera. Munus auctoris gloria est; sed gloria non gloria amoris ex excessu flammę pectoris: equidem sum excessus collocat felicitatem, in dilectione auctoris propter auctorem.

Psal. 26. 8.

11. Altruit Regis Psaltes. Exquisivisti facies mea: faciem tuam Domine requiram. Nodus implicationis excessum exprimit eminentis charitatis. A facie Domini gloria emanat in diligentem; quia non aliud gloria, nisi Dei videre faciem: quo ergo pacto Deum tantum amor exquirat, modo in gloriam videre faciem intendit; Gloriosa sane beatitudinis munera, sed pretiosior a quo gloria. Illum David corde quarit, dum gloriam eius inquirat; sed cum excessu in amorem, necdum revelata facie: igitur non propter gloriam requirit Domini faciem, sed gloriam propter auctorem. Etiam facie requisita, ad te dirigitur vota. Quid enim mihi est in cęlo? & a te quid volui super terram? Quid mihi? gloria? In me sunt Deus vota tua. Tu solus, quippe omnia tu: etenim si a te postea separari gloria; tota gloria mihi nulla: nihil omnia: ardens quippe vehementiore incendio cor, propter te requiro faciem, & te tantum propter te.

In eum a quo gloria, amoris vehementia.

In amore qualis Augustini excessus?

Cant. 8. 6. Psal. 72. 26.

Signaculum cordis Theresię quodnam?

Ine. Conril. Embi. 15

12. Quid decor Carmeli? An illud Augustini, dum sagittis igitis transversum cor; Non tua Domine, sed te? An huiusmodi intuitu ab Angelo transverberatur pectus ignito iaculo? Super cor suum posuit Sponsus uti signaculum. Audivit Pont me, & preter me nihil aliud: etenim quanvis sit gloria; dum fervet amoris flamma, respectu summę dilecti, vel gloria ducetur nihili. Pont me ut signaculum super cor tuum. Sic enim clamat Theresia: Deus cordis mei. Tibi dixit cor meum; quia cor meum duntaxat tibi, ut signaculum sit tu: equidem est cęlum, pręter te; est facies, quam propter te requiro, & quidquid ambitur cęlo, quantumvis spectabile & gloriosum; cordis mei pręterquam tu, non potest esse signaculum. Hęc verba Sponsi, que Sponsę attribuunt nonnulli. Vid. hic Sanctium, n. 35. Mutua sit redamatio, & se dilecti respiciunt mutuo, & sigillatis cordibus sigillo cordis, sigillati & sigillant; in quo summi amoris forma, & excessus cordium summa: quandoquidem signaculum cordis Christi, quod signaculum Theresię. Cor alatum pinxit Contic, eum lemmate: Sic ad astra, igitur consequentur, si furtim corda. Quò tendit cor Theresię? In cęlum? habet. Non sufficit gressus? In eius corde amor summus. Unde ut tendat in

astra, alę & alę amoris eius sunt tessera: Amor sine motu non est amor, quippe frigida flamma: ardet, sed minime lucret; & patet leviter, ubi ardore frigidat. Theresię charitas etiam in infantia simul. Semper in perfecta atate, quia termino mensuratur & non tempore; alis posita flamma; quia uti perfecta in brevi explevit tempora multa. Alijs Sponsi dicitur: Exite obviam Sponso. Interlineal. Occurrite in aera. In pręceptum allumit alas Theresia. Non fat gressus? Huius Sponsę amor congruit volatus; quippe tendit in perfectius: rapitque alas in volatum, ut sit sine voto votum. In amore motus virtus; virtutis perfectio in amore volatus: additque alas cordi flagranti Theresię; ut constet perfectior flamma: igitur ex perfectione virtutis, florebit virtus amoris.

Eius charitatis vel in infantia gressus.

Math. 25. 6.

Sine pennis vola.

Ait Plautus in Asinar. Act. 1. scen. 1. v. 80. Plaut. Quod videtur impossibile, sortitur amor Theresię: igitur dum in alijs amor infans vix pedibus incedebat, iam in athera volabat. Volabat. A perfectione, amor nascuntur alę: in infantia amoris nulla: & in Theresię commendationem amoris, non mirum quod volat, sed quod volat sine alis: igitur in perfectiora motus, in altiora amoris virtus; etiam quim in volatum obsistat tempus. Hanc Theresia in amore nascita gloriam; amor eius non habuit infantiam.

Eius amor non habuit infantiam.

Non est nihil volare dulcius.

Talem scit civitatem, ubi volatur. Dicit Aristophan. in Aves, Act. 1. v. 48. & 13. v. 6. A principio Theresia amoris pręgustavit dulcedinem; igitur ubi volatur, alis exquirivit civitatem: etenim vel ab infantia ex perfectione virtutis, laxit virtus perfectioris. De Sibylla Cumana inft Bulenger. lib. 4. de Divinat. cap. 1. Simul atque nata est, de celestibus, ac de universis huius constitutione philosophata est. Idem Nicetas in Vit. Alexij Comment. lib. 3. Elucet Theresia speculum, ubi in cęlestem urbem dirigit ab infantia volatum: quandoquidem ex quo nata, alas sumptit in celestias; & ut volando quiesceret; in perfectius & altius semper volavit.

Aristophi

Buleng;

13. Qua est ista que progreditur? De Sponsa inter Angelos inquiritur. Vix nascitur, & iam progreditur? Erat specialis Sponsa: & singularis fulget vel ab infantia. Progreditur: verum quomodo? Uti eximia pulchritudo. Progreditur confurgens. Singulariter progreditur, si confurgens elevatur. Progreditur quasi Aurora: Aurora cum alis picta. Adi Chartar. fol. 67. Volat & rutilat, dum in Sponsa admirationem con-

Cantic. 6. 9

et

cellat: quia plus non est, ubi progreditur plus: meritòque laudatur, si progreditur Aurora, quia Aurora semper progreditur: Aurora ex quo incipit, quousque deficiat, semper in luce crescit: Sponsaque etiam progrediens Auroræ confertur, ut Theresia speciem in Aurora videatur: igitur ex quo tanti splendoris exortus, semper processit ulterius. Lux Solis perfectior Lunà: Lunæ perfectior Aurorà: & cum summi amoris motus nonnunquam sit in perfectius; in ampliore de claritate in claritatem, Theresia consurgit lucem; quia volat slata lux, quousque rucilet ut Sol. In Aurora deficiente augmento lucis, iam nihil est entitatis. Moritur, ni maior: haud aliter in Theresia dilectionis fulgor (quia in fine motus velocior, dum cor in mortem amore cadit, & simul amore surgit) igitur ut Aurora fulsit, & ulterius splendore processit; quousque in vitæ fine ut Sol, cognovit oceanum suum. Iam non inquiritur, *Quæ sit ista?* Noris occurrit Theresia, cuius excellens charitas. In admirationem vertitur Angelorum curiositas: etenim in amoritatem impellit animus, etiam ab infantia semper procedendi ulterius.

14 Dum Baptista repugnat præ confessione Christum baptizare; audit: *Sic enim decet nos, implere omnem iustitiam.* Alij: *Perficere.* Ut summè summum in perfectione iustitiam & summam decet impleri. Quid est omnis, vel summa iustitia? *Incrementum virtutis & sanctitatis:* inquit Alapid. in signum sanctificationis: diciturque impletio amoris exercitium, ubi erga dilectum à peccatore flagrantis sit obsequium, quia licet charitatis, non summæ charitatis, ni sit omnis. Quotidie Christus maiora gratiæ exhibebat signa: volabat in ulteriora, quis ostenderet amoris animum, in exterioris perfectionis augmentum: etenim non esset perfectio in amante charitatis, sine augmento perfectionis. In amore communi, quod debetur, est iustitia; in excessu verò, iustitia, quod non debetur: in illo quòd fiat, sed in hoc, quod perficiatur: igitur cum quotidie debeat crescere, & in perfectius, plus & plus tendere corde; si non perfectius non factum, quippe factum, nisi ulterius, non perfectum. *Sic decet nos implere omnem iustitiam.* Quomodo virtute implendum? Per volatum: igitur in ulteriora aspirando discutit requiem, per amorem ut obtineat omnimodam plenitudinem. Ideo dicit: *Sic nos decet.* Decor est amoris, semper volare: amor est, amando quiescere: amare sic, si decet, non decet nos; propter eximiam flammam, qua omnem debemus observare iustitiam, ut ex per-

Car dicitur nova Aurora

Matth. 3. 15

Alapid.

Eius amoris perfectio simulque virtutis in augmento perfectionis.

fectione ex professione virtutis, subtilitas sit amoris: si ita charitas urget, sic nos decet. Sic *B. Theresia* (inquit qui supr.) *faciebat omnem iustitiam; quia in qualibet re faciebat id quod iustius, sanctius, perfectius & Deo gratius erat: imò ad hoc vult se obstrinxit.* Sic illam decebat, quippequam semper volabat: & cum ultrà semper esset, quousque ad metam perveniret, & impediret vita; in omnem perfectionem volata retendit flamma: impulsu cedens vulnerato amori, ut impletur in omnem plenitudinem gratiæ. De excessu amoris, cui non sufficit, quod sufficit, diximus, *Tom. 1. T. 3. D. 1. à num. 1.*

15 Sed inquirendum: Quare si plena, volat ut impleatur, in ampliora; ubi non ultra, si plena? Procedit & volando procedit, sed procedere non noscit, in quo summa perfectio, & amoris magnitudo: igitur ita ardentem inquit; et etiam volando, quasi nec pedem moveret. Ad rem Ethicus, *12. Aneid.* à v. 392.

Optat ardua pennis Afræ sequi. Sed neque currentem se, neque cognoscit euntem.

Contigit Theresia, quod Sponsa. Fugite Sponsus, quia in tenebris ambulando, fugit consolationium dulcedo: verum dicebat etiam sine dulcedine: *Anima mea desideravit te in nocte.* Exponit Hermann. Hogo lib. *1. Gemit. 1.*

Hec mihi quam densis nox incubat atra tenebris! Nullaque vel minimo fidere flammam micat.

Confidera Theresiam in quam congesta tor maledicta, tor dideria, factam opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Sed dilectam quasivit in nocte, nullo refecta pabulo celestium consolationium, quibus solet etiam in terris sanctitas abundare. *Paululum cum pertransissem, inveni eum, nec dimittam.* Sic ergo in tristis plorantis solatium, ut iam amorem non vellicet desiderium. Frustrà profectò votum. *Quis mihi det te, ut iam me nemo despiciat.* Quid Theresia loqueris? Præ amore insanis. Si tenes, quin dimiseris, quid quaris? Excito alis cordis flammam, si quomodo comprehendam, si quomodo occurram. Carro, volo, quippe Sponsi micat lux; non quòd iam acceperim, aut iam perfecta sim. Non perfecta & tenes? Amo. Quid habeam, nescio: cum cognitio sit amare, arbitratur non renere. Volat, verum quid ex gaudio dubitat cor: igitur

Idem.

In quo enim perfectio & eximia magnitudo?

Virgil.

Isai. 6. 9

Cant. 3. 4

Cap. 8. 14

Non cognoscit suam in perfectione perfectio-nem.

igitur propter dignitatem ac dignationem Sponsi, videtur amori, vel volando nihil facere. Nec se currentem, nec se cognoscit euntem. Tenere satagit atque fugere timet: unde cum obsequio invenitur, dum summam famam diligitur; volandè studium, est diligenti obsequium: igitur anxie quarit, quali fugisset. Habet & aveti in corde optatum videt: & adhuc quarit cor, anhelans, *Quis mihi det?* Si habitum cogitaret, federet habendo, & in perfectius careret studio: optatque Theresia habere quod habet, ut semper querendo usque in æthera volet.

Tela alasque gerit. Ut quod non valet alis, nanciscatur sagittis. Volat: non converteretur donec deficiat. Igne amoris vehementia ardescit in flamma: donec deficiat, fursum nonnunquam è peccatore flamma.

Hic pretiosa fames. 16 Ignem venit mittere in terram. Unde dum reformationem concepit, & peperit flammam; accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Aprè dicere valet:

Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Ubi igne amoris pungitur, ignem ac ignis sopiti exci-tamen meditarur: hacque meditatione ignem arsurum dicit Theresia; quippe sine illa erat frigida flamma. Haud dubium, quòd pridem ignis incescit, verum Theresia meditatione iam ardet. In diebus ipsius emanaverunt patet aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum; quia curavit gentem suam, & liberavit eam à perditione. Quid plura? Alibi; vitæ comite. Mantuan. *d. v. 60.*

Mantuan. *Religio & pietas patrum instaurata resurgit.*

DIDASCALIA IV.

Nulla in oratione oratio, si deviat cordis intentionio.

Vérba quæ non ex animo nequam verba, siquidem cum rationalitatis sint signa; sine conceptu in verbis, nullam micat signum rationalitatis.

Totum vox, nihilque preterea. Vox ut vox sonus significativus, ut dicemus fuisse suo loc. *Tautolog. 7. n. 13. 14. & 22.*

Erasm.

Unde Plin. *lib. 11. cap. 51.* inquit: *Ante omnia explanatio animi, quæ nos distinguit à feris.* Ex his dimanar Monachis documentum, ut cogitent qua intentione, attentioneque vocibus efformet chorum: igitur modò vox non sit ex animo significativorum vox, nihilque preterea. *Propheta prophetabant:* dicitur in Tautologia. Propheta aliquando pro cantore usurpatur in Scriptura; ut vidimus in *Liter. exposit.* n. 21. Hinc nonnulli legunt: *Cantores cantabant.* Est officium sine monere? Profectò, ni qui cantat canter corde: igitur celo musica non est; modò in voce modulantis duntaxat audiat vox. Pstiaci adinstar dat sine mente fonos. Honorat labijs, sed longe musica cordis. Succinit Prosper. Aquitan. *Epigram. 6.* *Laus vera in Dominum depromitur ore precantis, Si qua voce fiant, & intima cordis habent.*

Non prodest cuiquam solis bona dicere S. Prosper. verbis. *Ni pia mens habeat, quod bene lingua sonat.*

Dolose enim agit in conspectu eius, ut inveniat iniquitas eius ad dolum: etenim cum vox ex corde laudis construat sacrificium; dum sonat vocis suavitas, ad dolum peccatoris invenitur iniquitas: quandoquidem in voce vocem laudis emittit, & vanis cogitationibus cor additum vage retinet. Cor eorum vanum est, ubi pallit coram Domino; qui odio habet rapinam in holocausto: In holocausto totum Domino dicatur: cor præcipua víctima dicitur: totumque nihil in deprecationis holocausto, quippe cor totum separatur à Deo.

2 Inter Ethnicos modò victimæ cor deficeret, non litabatur; de quo Struck, de *Sacrific. Gentil.* n. 229. & Sueton. in *Cæsar.* cap. 8. 1. Unde Achill. Boechius *Symbol.* 122. accinit:

Corde silente etenim, vel deficiente, minacis

Omnia fortuna plena fuerit malis.

Siccine Deus queritur per Isaiam. *Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & in victimis tuis non glorificasti me.* Si tot victimæ case in holocaustum, quomodo nullum? Non dicit quæstus de víctima *holocausti*, sed tui; in quo fucata duntaxat religio, & holocaustum sine illo holocausto: etenim cum victimam coram Domino sacrificabat, cor à víctima deficiebat. Deus glorificatur intentione cordis; mactatis victimis; ut ex víctima & corde fiat holocaustum, & gratum atque perfectum: corde que

Plin.

3. Reg. 22. 10.

Non vox quæ orationem vob tantum.

Plal. 35. 35

Unde cor contentium vanum & dolosum?

Victimæ sine corde, malum siquæ.

Achil. Boech.

Isai. 43. 23.

que remoto, nulla in ipsa glorificatione glorificatio; quippequam nulla in sacrificio victima presentia victimæ sine cordis presentia. Victimæ exterior est cultus, internæ cordis sanctitatis typus: apparentia veneratōnis, sine specie sanctitatis; quæ omnino fergit ex recta intentione cordis; sine qua nihil totum quod sacrificijs deponitur, quia nihil sacrificatur. nullumque holocaustum designatur in victimis; quia sine corde haud religio, sed species religionis: minimèque Numini constituitur gloria religionis apparentia.

Gloria cboro ex voce & mente.

3 In rem ergo. Holocaustum ritè & rectè constituit cor, igitur sacrificium laudis honorificabit me; demonstrato in salutem irinere, recta laude: ubi cor concordat voci, uti dicit SS. Doctor Monachorum Benedictus Regul. Sane. cap. 19. Sine corde, ubi est victima holocausti? Quid mihi multitudinem victimarum vestrarum? Plenus sum. Id est, provocatus in nauseam, dum gloriamini numinis querere gloriam: quandoquidem cordis fugâ, nihil in choro corporis apparentia. Corpus vocis non est laudis, dum cor trahitur vagâ illicio cogitationis. Ex corde & voce constat sacrificium, ut laudis Deo dedicatur holocaustum. Dicit Seneca lib. 2. Natur. qq. cap. 6. Quis enim sine intentione Spiritus cantus est? nullumque dicitur, quum vox frequenter audiat; quoniam sine cordis modulantis presentia, patet orantibus in holocausto rapina. Quid profusum materia, sine religionis forma? Signant sacrificia, si ritè facta: & sine attentione cordis non facta ritè; quippequam cultus in religione, & nequaquam in specie. Cor aliquando apponitur, sed divinum. Tunc laus, sed non laudis holocaustum; quo Deus non queritur: igitur toto corde qui querendus, non exquiritur: tædetque ferre vanis cogitationibus mundum; quod ipsi debetur, & decet laudibus chorum. Cogitatio secularis abscedat (ait Cyprian. de Orat. Dominic.) neque quæquam tunc aliud animus, quam id solum cogitet quod precatur. Quæ segnitia est, alienari & rapti ineptis cogitationibus; quasi sit aliud quod magis debetis cogitare, quam quædam cum Deo loqueris? Quomodo te audiri à Deo postulas, cum te ipse non audias? Quid ibi presentia, quid musica, si avolant corda?

S. Bened.

Corâs fuga ex voce & mente.

Seneca.

Cultus est in religione, non in specie.

Cyprian.

Exod. 13. 13.

semper inutilis templo. Aliqua diximus Tautolog. 4. D. 1. n. 11. Serviat ergo, si fervit, clitelæ, aut tyranis horti & non altari: equidem natus non aræ, sed haræ. Expellatur foras extra templum & chorum, qui natus est in rudium. Commutetur, aliàs aditum interficiatur; qui seque nullibi servit nisi in gravamen: non fecit homines astringentes inclinationes: igitur idem illos virgīs agitare in chorum, ac perducere in interitum. Proposito igitur Didascaliz. Sunt in choro Monachi, sicut oves balantes, innocentiæ cordis sui in cælum mittentes preces. Sunt enim esse occisionis se ipsos offerentes in holocaustum; quia si Deo placet laudes sacrificantium, magis sacrificatorum; hostiæ viventis, Deo placitis, sanctæ, rationabilis obsequij, expelliturque a finis, ubi recollitur chorus; & propter loci decentiam. & propter balantium ignominiam: igitur cunctis in choro propudium, ibi Monachum stolidum adesse tanquam iumentum. Iuxta animorum momenta, demonstrantur in animalibus symbola. Agni sunt, quorum cordi inheret decantata maifesta: iumenta, qui inter fructus cogitant paleas, vel in pasqua emittentes cogitationes, dum enarrant vocem laudis: hique expelluntur à templo, ac iumentorum designantur vocabulo; quippe in choro canentes, melodia vocis; versus cælum, haud iaculantur vocem; sed rudium. Vulgò: *Esran ali como un asno*. Cum à corde sit loquela, sunt ibi muta animalia, si sunt ibi. Vide dicta, Tom. 3. T. 12. D. 2. à n. 11.

4 Primogenita in lege Deo dicanda; sed pro domus Dei decore cum differentia. Primogenitum asini mutabis ove: quod si non redemeris, interficies. Infelix asinus! Sæpe sicine commendatur primogenitus. Asinus desinetur templi servitio; Asinus

semper inuitis templo. Aliqua diximus Tautolog. 4. D. 1. n. 11. Serviat ergo, si fervit, clitelæ, aut tyranis horti & non altari: equidem natus non aræ, sed haræ. Expellatur foras extra templum & chorum, qui natus est in rudium. Commutetur, aliàs aditum interficiatur; qui seque nullibi servit nisi in gravamen: non fecit homines astringentes inclinationes: igitur idem illos virgīs agitare in chorum, ac perducere in interitum. Proposito igitur Didascaliz. Sunt in choro Monachi, sicut oves balantes, innocentiæ cordis sui in cælum mittentes preces. Sunt enim esse occisionis se ipsos offerentes in holocaustum; quia si Deo placet laudes sacrificantium, magis sacrificatorum; hostiæ viventis, Deo placitis, sanctæ, rationabilis obsequij, expelliturque a finis, ubi recollitur chorus; & propter loci decentiam. & propter balantium ignominiam: igitur cunctis in choro propudium, ibi Monachum stolidum adesse tanquam iumentum. Iuxta animorum momenta, demonstrantur in animalibus symbola. Agni sunt, quorum cordi inheret decantata maifesta: iumenta, qui inter fructus cogitant paleas, vel in pasqua emittentes cogitationes, dum enarrant vocem laudis: hique expelluntur à templo, ac iumentorum designantur vocabulo; quippe in choro canentes, melodia vocis; versus cælum, haud iaculantur vocem; sed rudium. Vulgò: *Esran ali como un asno*. Cum à corde sit loquela, sunt ibi muta animalia, si sunt ibi. Vide dicta, Tom. 3. T. 12. D. 2. à n. 11.

5 Cuncta quæ ornabant Sanctuarium præ se ferebant in illud ingredientium diversam dispositionem cordium. Hinc in illo multa figuris symbolicis, quia omnia in figura contingebant illis. In oraculo (quod Maluenda vocat *Domum sanctitatis*) fecit Salomon duos Cherubim de lignis olivarum. posuitque in medio templi interioris. Ipsi autem (dicitur, 2. Paral. 3. 13.) stabant erectis pedibus, & facies eorum versæ ad exteriorem domum. Patet Monachorum in choro altantium figura, sine circumspeditione & reverentia. In medio templi interioris domus sanctitatis stant: sed propudium, quod stent, quin farent ubi stabant, dum exteriora trahebant: quandoquidem non stabant, ubi pedes, sed quod tendebantur facies. Facies versæ in exteriorem domum, id est, in atrium. In interiore, erat Numen, quod in Arca foederis collocaverat sedem. In exteriori agebantur secularia, interiori habitantibus imperpentia: in medioque templi dicitur esse & non esse, & versæ & perversa facies: quia

Delect in choro Monachum ad esse tanquam iumentum.

Onkel.

Et accedat circumspeditione.

Qui in choro statuatur.

Unde ibi irreverentia?

Bened.

Isai. 14. 12.

Præmissa cogitatio in choro.

quia cum incumbere deberent sacratori loco, curiosè circumspiciebant quid agebatur in atrio. Ita figura animalium: ait Onkelos in Paraphrasi. Cbalad. Multoties versæ facie in propitiatorium, cor volat & evolat cogitationibus vagam: qualia ergo corda, despecta Dei presentia; oculis emisitij, dum in externa vana conversæ facies? Ita figura animalium, & etiam corruptorum Monachorum: qui in choro Monachi habitu & apparentia, sed animo stultissima animalia; sine respectu in reverentiam cultus, dum in domo sanctitatis sine sanctitate domus. Proh dolor! Misera servitus. Qui possunt esse Cherubim ex loco, superiore cœli scientia; in templo interiori stant tanquam animalia, vel animalium figura sine motu, facta ex lignis, longè aspiratione cordis: unde dum videntur in choro interioris templi; tanquam ex lignis, non Monachi, sed statur. Patet ex figura, quæ ex mente vaga, illorum materia, & prava corda. Fecit ex lignis. Materia lignum? Quidni metallum? Metallum durum, sed flexibile: lignum indocile; igitur prius excindetur, quam flectatur: & in symbolum Monachorum desidum exponitur lignum; quippe arte, prudentia, regimine, imò rigore, in Sanctuarij decorem non possunt flecti. Elucet ex contextu. Stabant erectis pedibus. Sicne Cherubim Propitiatorij situs & habitus? Nullo modo. Assidebant in Sanctuario genu flexo. Erant ex auro, quod quidem docile, quanvis metallum: illi ex trunco inflexibili, utpote lignum. Hoc ardore magis arefuit in repugnantiam: aurum liquefcit in formam; ut correctione facta, imprimatur cordibus reverentia: & dum dociles auro conferuntur, indociles ligno in Sanctuario comparantur; quoniam quum illi flexis genibus Numen adorant; hî erectis pedibus irreverenter stabant. Habitus exterioris modo, cordium exprimitur dispositio, & animi relaxatio: igitur in domo Dei cultum nullum indicabant cultum, converso vultu in exteriorem domum. Hoc est fallere in Angelorum conspectu? Hic est perfectionis ordo? Ergo consideremus (subdit Benedictus, d.) qualiter oporteat nos in conspectu divinitatis, & Angelorum eius esse. At unde considerandum? Sit ergo in exemplum præcipitium.

6 Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui manseris? E celo casus! Quid mirum si cœli & Numinis nullus in corde respectus? Perderetur conscientia causam, ne in idem iudicium incidat & sententiam. Inter Angelorum millia millium, uti natura perfectior, debebat construere chorum; sed eius cogitatio

Tom. VI.

tatio in sui tantum incumberebat studium, mirans suam quasi à se pulchritudinem, quin divinam vel in cœlo respiceret maiestatem, nec intendere in Numinis Conditoris præconia; cum illum laudarent etiam astra matutina, & dalcis in choro audiret vox, & iubilarent omnes filij Dei. Sese vidit, se cogitavit, & vanis cogitationibus corruit; constructo præcipitio, & quibus constructi quibat exaltatio, atque virtutis perfectio: siquidem dum alij Numini canebant laudem, suam illi cogitabant pulchritudinem, in ruinam gratiæ, furore & emota mente, corde longe à cœlo, philautiæ pravo consilio, constructu lapsum: igitur amplior perfectionis præcipitium, cum alij plauderent Conditoris perfectiones divinas; intendere in vanitates & infansias falsas. Deus dispersit superbam mente cordis sui, corde vano sine mente: equidem secum loquebatur fovens propriam arroganter vanitatem, cum respicere deberet mirabilis pulchritudinis artificem. Draco dicitur à Ioanne. In cœlo ecce draco magnus. Draco in cœlo? Draco, ubi Angelorum chorus? Draco prostrum & magnus, dilectionis tempore, quo congregavit iniquitatem sibi, & complacens & demulcens, oblitus divini laudis: siquidem in choro præsens putida virulentâ cogitatione, dum alij canentes Deo assidebant tanquam Angeli. Pende: In cœlo draco. Draco utique haud potuit demerito dici, quousque in inferna loca corruit à gratiæ quia per superbij crimen conversus est in draconem. Quomodo ergo draco in ipso cœlo, & Angelorum choro? Propter chori fastidia, & ab alijs differentiam ex Dei presentia: nihili ducens respectus Deitatis, imperfectionibus addens imperfectiones, & in choro, loco sacro (quod quia cunctis gratiæ ac naturâ perfectior; debebat gratus esse humilior atque devotior) oculos cordis non dirigens in mirabile lumen & Numen; avertens oculos, ne viderent vanitatem: dracoque vel in cœli choro dicitur, dum sua ibi & non Numeri contemplantur; quoniam in choro cœlesti per contractam voluntariè imperfectionem, gradatim convertebatur in draconem infernalem.

ruine animalium occaso.

Apoc. 12. 3.

Et in tempore conversionis.

7 In cœlo draco. Innuitur, quomodo lucifer cecidit draco de cœlo. A concupiscentia sua fuit attractus & illectus; quin propter locum aut Numen, infans cogitationis expelleret vanitatem: factoque crimine in cœlo, in cœlo dicitur draco; quippequam nullo modo concupiscit cogitationem, Deum cogitare presentem: videre Dei laudibus locum sacrum ac modestiam cum

Quo

102

Non impro-
bos movet
Dei presen-
tia sociorum

reverentia sociorum. In celo draco magnus. Non solum species exhibetur feritatis, sed etiam monstrositas magnitudinis. An quia inde contracta putredo, unde quibat pulchritudo? Miserum profecto inflat araneam contrahere intra viscera venenum, unde anima apicola exhaurit alexipharmacum. Draco sane, qui Dei presentiam non recogitat corde, ductus saeculi illecebris, clausis intellectus oculis, quin faciat bonum, quia non est intelligens, nec requirens Deum; at etsi draco, non magnus, quippe nescit. Draco & magnus, Monachus, qui locum sacrum cognoscit, ac malitiose proculcatione despicit, inferens caelesti choro, quae in decora vel in mundo. Draco sit, despicta presentia Dei; sed crescit magnitudo malitiae & cognitione Numinis & sanctitate loci; igitur ibi vaga mundo cogitatio, quae ibi, quia ibi, debebat dicere Deo. Sepe devotè in chorum ingrediuntur: deinde venit diabolus & tollit de corde eorum. Anima,

Hesl.

Ut simul attigerint arentis flamina venti, Aret, & exiguo victa calore tacet.

Sap. 11. 16.

Haec summa iactura, dedecorata gratia; equidem qui volare poterant uti spiritus caelestes, iacent daemones ludibrium ut pestiferi dracones.

Sunt ibi ser-
pentes multi

8. In Scriptura, pro cogitationibus insensatis signat Sapiens iniquis serpentes. Expositionem literalem inveniens loc. cit. n. 1. Textus theatrum est Monachorum desiderium, ac curis facularibus attonitorum, qui nec vident quae vident, vel videntes connivent. Si in choro canentes assilunt, quo pacto muti vocantur? Assilant concioni ac cantioni homines: qua igitur causa designantur ut serpentes? A cogitationibus insensatis: Igitur cum cogitationes voluntarie admittant ac foveant (quae animas ut virulentae venenant, & ibi forsitantur effectum, unde medicamen vulnerum) claret insensatorum, velle converti in dracones virulentos, qui numerari possunt atque valent inter Angelos. Reptilia ac serpentes crinibus pro ornatu apponi: diximus Tom. 3. T. 1. n. 22. Si per crines signantur cogitationes; ad unguem quadrant serpentes: siquidem in choro, quae non chori cogitata, nil aliud nisi venena. Mirum videtur ex hominum cogitatione venenum, verum germen necessarium. Quid mirum, si venenum cogitationes; ubi cogitationes ingrediuntur ut serpentes? Serpente & muti sunt pro cogitationibus insensatis. Nonne in choro cantant? Uti serpentes sibilant. Canunt. An rudunt? Canunt. At quomodo muti? Haud concinunt corde. Ubi ex corde & ore non fiat cantus, ad caelum non est concentus.

Est ordo musices, quando ad aethera voces; Unde cum in voce vox non sit, quia voci deficiat vox, canentes in medio chori & sunt serpentes & muti: serpentes, propter venenum vanarum cogitationum: muti, quoniam tot verbis, tot vocibus, nec vox auditur nec verbum.

9. Modum indicat animarum Amasius, cui dicitur chorus. In horto deliciarum, quasi in Musaeo, ubi cantantes & psallentes in cordibus Domino, erat Sponsa; cuius a dilecto desiderabatur musica. Unde illi dicitur: *Quae habitas in hortis (amici auscultant) fac me audire vocem tuam.* Audire pendet a canente, vel ab aere? A canente pendet audiri, non audire. Quo ergo pacto si necessarius sensus in prolata voce; vox Sponsa faciet audire non surdam aurem? Vox Sponsae non vox, nisi vox in Sponsam sit. Unde Iuvenius, 3. de Evangel. histor. v. 345.

Solumque vident, & voce requirunt. Iuven.

Seque audire vocem postulat, dum mulcimine vocis Sponsa cantat; quippe nullus sonor vocis, ubi non vox propter illum, sed amicos auscultantes. *Fac me vocem audire, quod vocis obtinebis directione, corde vocem comitante; ex quo constituitur vox; non ut audiatur, sed ut audiatur a me.* Aliiter est dulciter canent, Sponsa laudans nec hifcit: igitur cum nihil sonet in aere, non auditur sine voce. *Sonet vox tua in auribus meis, ut sit in musica vox, & vox dulcis ex intentione ac attentione cordis; quippe si deviant a voce canentium corda, non vox dulcis, sed amara: non vox, vox sola: & sonare vocem Sponsus intendit in aere suas; ut habeat vocem entitatem & dulcedinem. Entitatem a gutture, dulcedinem a corde: igitur si Sponsa sine corde in choro cantat, vox ex musica non sonat. *Sonet vox tua* (Chald. *Oratio tua*) in auribus meis. Vox sonat, ut audiatur: in auribus Dei hand sonat, si non auditur: in auribus Dei hand sonat, si non auditur: directio cordis cum voce in oratione requiritur: ut vox Sponsae audiat & exaudiat: quippequam oratio dulcis non est, ex gutture modulante ad mulcis, men vox & vox.*

10. Causam signat postulatio Psalmographi. *Intende voci orationis meae.* Cur non orationi vocis? Quia voce sola non fit, si voci deficiat cor. Hoc est forma vocis, ut vox audiatur, dum vox profertur, & in musicam dirigitur: & non dicitur oratio vocis dulciter modulantis, sed vox tantum orationis; quia cordis ac vocis debet esse concordia, ut audiat anris divina: etenim dum fugit divinam aurem oratio non habet

Cant. 8. 13. Quomodo in choro dirigenda vox laudat

Iuven.

Cap.

Chald.

Psal. 5. 3.

Vox sola oratio muta

Verf. 1.

bet vocem. Hinc praesitit: *Verba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.* Vox in rationali debet cum aliqua significatione esse. Vox sine corde caret fine, atque significatione: oratque Deum intendere voci orationis prolata, nequaquam voci; siquidem auribus nullo modo percipiet, quae sine significatione vel audiendo non intelligit. Sine motu, ut ait Paulus; *quomodo scietur quod canitur? Sine anima sunt voces dantia; sed a Domino in oratione non intellecta; ut intendat voci orationis, in quam inclinatur auris: equidem cum finis cordis deficiat, qui voces ad intelligentiam format; non perveniunt, ut percipiuntur, ad aurem, quoniam voces abs anima non habent vocem. Quomodo percipietur in oratione dulcedo vocis, ubi voce obturatur aures?*

Bugnot. d.

Nil homini predest verborum pompa precanti.

Ab voce & corde perfecta.

Concordet voci mens pia ritè sua.

Ab unione utriusque pendet oratio, & orantis exauditio: equidem si ab anima vox, & vocis à virtute maior vis; mente atque voce unitis; orationem percipit Numinis auris: igitur ut eius percipiat quasi sagittis aurem, vocem non tantum habet, sed & clamorem. Ita enim petitiones innotescunt apud Deum. Alias, qui caecum cognoscit, loquitur & nescio vos. Math. 23. 12. Nescit quod fastidit, & nequaquam innotescit, quod non intelligit: igitur quod non exaudit, non audit.

Philipp. 4. 6.

Psal. 17. 2.

11. *Exaudi Domine vocem deprecationis meae, dum oro ad te; dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum:* dicit David. Quidam (ubi in templo orat, & cor cum manibus ad Numen elevat) dicit, quod audiat deprecationem vocis, sed vocem precis? Ut clareat apud Deum innotescere petitiones cordium, dum promptum praebet auditum. Si audiat, exaudit: & non dicit precem, sed duntaxat precis vocem; siquidem si vocem audivit Numen, siquidem profecto impetratum à corde deprecationem. *Intret postulatam in conspectu Dei.* Audiatur in throno vox: quae non auditur, dum sine mente profertur. Verum puid quod intret, si vota non obtinet? Amittet turpius gratiam, si post ingressum subierit à maiestatè repulsum. Nullo modo. Clauditur orationi ostium, nisi cum illa pectus pulset: Davidque tantum exoptat, quod intret; siquidem exhibet cum dono gratiae, si modo ad gratiam permittatur ingredi. Ibi non intrabit aliquid coinquatum: sine corde ex voce laudis irritum votum; Ingressu

Deus non audit, quod non exaudit

Psal. 118. 170

Tom. VI.

fusque orationis desideratur, dum aliquid precibus à Domino petitur; quia acceptum ad gratiam oculis Dei, modò cum voce prolata simul ingrediatur cor. At quid ingredi? Primum accedere possit, gratia appropinquanti occurrit.

12. Idem alius: *Appropinquet (ait) deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.* Scrutanda cuncta. Deprecatio appropinquet. Ergo est deprecatio, quae appropinquare non audet. Utrique, cuius cor in deprecatione longè: igitur tantum deprecatio ad speciem, vel deprecatio quoad vocem; fastidium auris, uti cymbalum tinniens: quae quidem appropinquare nequit in Dei conspectum; quia sine vita cordis non habet motum. Oratio est elevatio mentis in Deum, qua volat anima in aethera: peritque sine mente oratio voce conficta; quoniam quae elevatione valdeat appropinquare, non potest pedem movere. Lingua quid, dum mens sine fructu est? Sine mente non oratio, sine elevatione mentis vox orantis caret fructu; nequitque, ut oratio, deprecatio appropinquare Deo; quippe ad illam tunc duntaxat elevat vocem, nequaquam mentem. Quomodo oratio precibus ipsis dicitur, si mens cum voce in Numen non elevatur? *Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritus, psallam & mente:* siquidem sine mente sola voce, neque spiritus nec psalmus. Sed unde in cantum spiritus? Dicit & promptè: *Iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.* Eloquia Domini decantantur in choro, ex quibus vocalis efformatur oratio: peritque intellectum iuxta prolatum eloquium; ut ex consonantia vocis & mentis, oratio constet vocalis; quod quidem sine mente; quod cantatur, verus caelum auditur, sed sine voce. Hinc origo tristitiae ex choro, quia nulla ex verbis surgit mentis elevatio, dum Dei cantatur eloquium citra intellectum. Sit ergo à Monachi! *incunda decoraque laudatio.* Decora, mente elevata: incunda, verborum intelligentia: decora, ex unione vocis & cordis, quasi citharæ orum citharizantium in citharis suis: incunda orationis sine, atque voluntatis amore. Sic voce pulchra canentes: ut ait Homer. 10. Odyss. v. 221. Aliter, nec iucundè nec decorè cantatur in choro; quippequam ex cantu canentibus emanat amaritudo. De lauro, dicitur à Picinello, 9. Mund. Symbol. n. 222. *Resonat usba.* Sicut Picinell. ne sonus vocis, ubi flamma dilectionis in medio pectoris: oratioque fit tam decora quam iucunda; quia flagrant corda. Dul-

V. 169.

Oratio quae truncat

1. Cor. 14. 15.

Unde testis ex choro

Psal. 145. 12

Homer. Et oratio iucunda & decorat

Picinell.

Cor. 14.

ce quidem in laudis sacrificio vocis canticum, dom cor viciniam ut suum tantum rapit ceptum.

Bocch. d. Ut raptum à corvo Hermocrati Dijs forte litanti,
Cor felix quondam fecerat auxiliam.
Vid. in Ephem. 8. Febr. Sursum profecto corda, si ex utroque constat musica. Ictum enim cor, ut accinit Tibull. lib. 3. Eleg. 4. v. 40.

Tibull. Felices cantus ore sonante dedit.

DIDASCALIA V.

Principis ministeriam, propria expeditio causarum.

1 Videtur nonnullis, splendore dignitatis attonitis; regere, nil aliud esse, nisi ostentationem splendoris dignitatis. Unde sese exhibent librato corpore, motili capite, crispâ salivâ, buccula studiosè plicata, fimiârum formâ, in publicum spectaculum & in risum: quandoquidem qui achrilogel spectant, meritorem ullam haud vident auctoritatem, sed auctoritatis duntaxat futilem ostentationem: qui quidem cum nihil sint, invito honore ambulante in magnis & mirabilibus super se; sui memores, & obliiti prorsum muneris: igitur illis, quoniam indigni honoris, fatuè videtur, quod alijs honoris labor, illis verò tantum honor. O magni in magnis! Quàm affabre tinctè aq̄ volitantis papilionis! Idem est otiosum esse, ac nihil operis in opere facere. Totum maiestas, & tota soliditas.

Martial. 2. Turpe est difficile habere nugas:
Et stultus labor est ineptiarum.
Etenim quod in privatis hominibus luxus, Principum dedecus; sibi in maiestatem ac desidia imperio servato, quod debet destinari bono publico.

Lucan. 2. Patriaque impedere vitam,
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.
Quid facient qui nihil agunt? vitam cum tempore terunt. Multorum vita sicca & ostentationi parata: inquit Senec. de Tranquill. cap. 15. igitur cum otium non appareat, sed emineat, & vitæ exercitium nisi otium, tendens in fastum & luxum; sub larva rutila exprimente dignitatem, sunt homines apparenter quoad speciem,

2 Prophetae prophetabant: dicit non-stra Tautologia. Exponitur munus & usus muneris, tanquam exercitium dignitatis: ut ex munere constet vita regentis: etenim des incuria similis mortuo, si muneris ostentatio sine ullo muneris exercitio. Ministerium in ministrando: ait Doctor Gentium. Videtur stolidis accipientibus officium, officium accipere & nequaquam ministerium. Paulusque officium ministerium vocat, ut officium utentis, officium pateat: igitur si ministrando comprobatur ministerium, sine officij muneribus non est officium. Ratio sub manum. Ministerium sine usu, est servitus dignitatis: cum exercitio, opus dignitati servientis. Vernaculo: Servire al officio, ò servire se del officio. Primum est ostentatio muneris in ostentationem vanitatis: secundum, onus ministerij in servitute; quippe idem manus & onus: munerisque exponitur usus; quia munus munus, per ministerium in opus. Habet officium & servire & honorare. Habet occupationem & servitute. Ex utroque constat dignitas, ut in honore sit claritas: diciturque iure ministerium in ministrando: quippe sine servitute, ministerium sine officio. Utrumque sumendum, igitur ex utroque habiti & habentis exercitium. Unde si habens non haberet sine ostentatione honoris: habitum non haberet sine officio servitute. Altruit idem Paulus, alloquens Timotheum: Ministerium tuum imple. Nunquid in dignitate tanta diminutum ministerium? Utiq̄, dum illius occupatio sine servitute exercitio; quæ servitas, complementum est muneris, in splendorem amplissimæ dignitatis: diciturque ministerij plenitudo, ubi ministerium habetur in ministrando; quoniam aliter dignitas occupatur, sed non impletur. Vivide æquivoco vernaculo: No se cumples. Nullo modo: etenim consulitur dignitati sine dignitatis onere; & in splendore honoris, qui præest fastigio, solo nomine præses. Quædam tempora (ait Stoic. Epist. 1.) eripiuntur: quædam subducuntur: quædam effluunt. Curandum est, ne effluat, quod effluit, nec volatile volet; igitur quod in regimen, vel subductum non eripitur, modò ad causas dicimendas redimatur: verum eripitur quod habetur, si volatile tempus inter ineptias consumitur.

3 Actiones in iusto allegoricè sæpe sumi pro improbitate, alieno prorsum colore; diximus alibi. Moyses ergo pascere oves, manans virgâ directionis in interna solitudinis. Vidit à longe robur cum igne ludentem, plenumque floribus inter ignem: visio

Præfides ad nihilum, dignitatis spectant.

Martial. 2. 36.

Lucan. 2. v. 38.

Senec.

3. Reg. 22. 10.

Rom. 11. 7.

Constituuntur ad ostentationem dignitatis.

Non serviant officio sed officium servit.

2. Tim. 4. 5.

Senec.

3. Reg. 22. 10.

Exod. 3. 3.

Cap. 4. 3.

Deserunt serja propter iudicia

Sine circumspectione

Quam delirium

Greg. Mag.

Eorum exercitia.

Crucius hic

uti nova placuit, & curiositatem in examen pupugit. Rab. Vid. Ionath. & Philon. 1. de Vit. Moyss. Unde sibi dixit: *Vadam & videbo visionem hanc magnam.* Magna sanè visio & delectabilis oculis; sed maius, custodia gregis. Pervenit ubi rubus virore ludebat flammam: illique virgam habenti dicitur: *Proice eam in terram.* Virgam ergo deponere, quæ regiminis insignem, dum approprias spectaculo, in pascere ignominioso propudium: equidem Superiorem dedecet (ubi in serja incumbere congruit) relinquere, ut vagabundus erret & aberret, gregem, propter vanam, ludicram curiositatem, videndi mirabilia viridaria, & ignium miscilium periculosa artificia. Unum eligendum hic. Vel virgam deponere, vel ne appropis huc: igitur dator opprobrio, Superiorem videre in huiusmodi spectaculo. Perperam coherent puerilitas & maicitas, quippe degener deaurata curiositas: provocatque in risum, vel irrisum, qui spectabatur in profensio puerilis unus e plebe; videre in throno ridiculâ affectatâ maiestate. Nostrates: *Verle con las insulas ridiculo Mono, aviendole encontrado en las sestas mojuetero.* Hand librante munus, ut præfides agant; sed præstare libet, larvam gelientes deponant. Non est pudor, qui redire nescit, si semel evanuit; maxime ubi insolentia his fas iudicatur illicitam, qui debent vivere exemplum: igitur ita vacuo cerebro, evaporato iudicio; ut sibi arrogent in auctorant honoris, quod pleteretur in subditis. Signat Gregor. Magn. huiusmodi insolentia corruptelam & causam. *Quia eo ipso quo ceteris prælati sumus, ad agenda qualibet maiorem licentiam habemus; suscepta benedictionis ministerium* (infit Homil. 17. in Evangel. *veritimus ad ambitionis augmentum: Det causas relinquimus, ad terrena negotia vocamus: locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur.* Quid ad illos onus regiminis, avertantes onus? Quid quod grex percat, si crotalum fonat? Quid quod deurperur dignitatis auctoritas, modò interfit dignitati indigne voluptas? Omnia cum pondere dignitatis abluantur in iocum; quippe dependentes plaudunt manibus & participes fiunt; nihilque molestia in mediato blandimine, potissimè quia proprium ætatis, puero relinquere nunces. Unde cum ludere, hinc inde abire, vel in pravitate plaudere (quantumvis grex aberrat, & vagus pascatur, quò lubet) tota fit dignitatis auctoritas: teritur vita inter vanitates & insanias falsas.

Vanitas fastu lætatur inani, Et recordia decipit.

4 Relinquamus huiusmodi pestem in cibum ignis, quippe nec respicere possumus siccis oculis; etenim insaturati ita sunt emota mente, ut nullus fit qui recogitet corde. Promittitur Petro exercitium regiminis & carpitur, dum dicitur: *Simon dormis? Quid ex ludo, si defectus dormire gravatus somno? Clavumque affixus & berens Nasquam amittebat, oculosque sub astrate nebat.*

Dicit Virgilius de Palinuro, 5. *Æneid. v. 852.* Feliciter vel inter fluctus commotos agitur corsus, modò tenens gubernacula vigili respicit in caelum: equidem vel levi somno patet infelix naufragio. Idem ibid. a v. 857. *Vix primos inopina quiet laxaverat artus, Et super incumbens, cum puppis parte revulsa*

Cumque gubernaculo liquidas proiecit in undas

Præcipitem, ac socios nequaquam voce vocantem.

Elucet quietis periculum, dum regimen submergitur in naufragium. Pendamus Petri electionem in huiusmodi regimen. *Tibi dabo claves.* Et claves & clavum tenet: at quo intuitur? Ut liget & solvat. Aptius videtur, ut aperiat & claudat, ut officium clavium ex munere eluceat: diciturque ligare & solvere; pro aperire & claudere; ut in confertendis gratijs fulgeat virtus discretionis: igitur nihil potest solvere, qui cuncta expendit; & neminem dono ligat, qui cuncta claudit. *Periculosa securitas, & flagitiosa largitio, seu nihil, seu omnia concederentur:* ait Barclai. in *Argenia.* lib. 1. Unde necesse est, thelauros gratiarum aliquando claudere; ut aliquando valeat aperire. In altari Gratiarum collocata fuit Nemesi, ut decus daretur Gratijs. *Pausan. cap. 309.* Huius imago, ut sæpe diximus ex *Chartar.* in *Fortun.* pag. 307. *habebat in manu frenum, alterâ menuram.* Gratiaque sociantur Nemesi, ut mensura valeat gratia: equidem pulchritudine decorata, si gratia sine mensura. In frenum incidere opus est, quia sine mensura fuit; cum deurpatione dignitatis, & insaniam profusio: nis: quandoquidem semper invita sine mensura maiestas, & cum freno liberalitas. Quid ex data substantia intemptive prodigo? Eguir freno. Non esset utique prodigus, vitijs onustus, flagitijis mancipatus; si gratia patris antecessisset ex amore tempus, occidens gratijs, qui vivere quibat moderatis obsequijs: etenim necesse fuit, quòd freus arctissimè coerceret, quem sine mensura profusissimè fovit,

Marc. 14. 37. Vigil.

Vel dormiunt, vel adunt.

Id.

Math. 16. 19.

Modus gratiarum.

Barcl.

Gratijs à Nemesi.

Pausan.

Om.